



# **CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]**

**Petrus <de Natalibus>**

**Lugduni, 1508**

De sancto Quirino martyre. Cap[itulum]. ccxxxij.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)



esse possibile puerum ab homine generari tanta  
 puritate decoratum. Et si possibile esset:  
 ut si deus haberet filium: elegantissimum illum  
 infantem diceret ex aliquo numine generatus.  
 Igitur et propter pueri spem: et matris aspectum  
 placabilem non solum ab eorum depredatione ab-  
 stinuit: sed etiam eos illa nocte in domum propria  
 introduxit: et necessaria ministravit. Habebat  
 autem prozorem et filium tot viceribus plenum  
 ut leprosus videretur. Cum autem viror dis-  
 pueri iesu balneus preparasset: et virgo christi  
 balneasset: latronis coniunx quasi divino insti-  
 tutu puerum suum in eadem aqua balneavit: spe-  
 rans quodammodo et quadam latente virtute  
 quam in filio virginis esse cogitabat filium suum  
 vicerosum posse sanitate suscipere: quod et fa-  
 ctum est. Non enim ut puerum vicerosum aqua  
 illa tetigit: sine ulla macula confestim de balneo  
 mundatus ascendit: quod videns discipulus: pue-  
 rum iesum cum matre ut deos adoravit: et eosdes  
 usque ad civitatem cum securo comitatu associa-  
 vit. Dicit quoque quod puer iesus in recessu suo la-  
 tronem allocutus pro humanitate sibi impensa  
 eidem in regno patris sui premium se retribu-  
 turum promissit. **¶** Tempore igitur mortis christi  
 discipulus cum alio latrone nomine gestas pro fa-  
 cinoribus suis a iudeis capti cum christo mor-  
 ti crucis adiudicantur. Et discipulus quidem christum  
 propter hoc aliter non cognoscens ad dextris  
 eius gestas homo a sinistris confixus est. Et cum  
 iesum omnis populus blasphemaret: ipse quoque  
 ambo latrones qui crucifixi erant cum eo im-  
 properabant ei: ut duo evangelista testantur.  
 Cum autem sol ad meredem tenderet: et latus  
 christi radio suo feriens umbram eius versus  
 dextram partem emitteret: gyrante sole motus  
 ut umbra corporis christi super latronem ad de-  
 xtras exisset: nitem descendit: virtus divinitatis  
 eius in corde illius subintravit. Vidensque qua-  
 liter christus pro inimicis patres obsecraverat  
 compunctus est: et continuo in christum credens:  
 non solum ut dicit lucas evangelista confocius  
 de blasphemis increpavit: sed etiam iesu mise-  
 ricordiam imploravit. Cui dominus misericors:  
 qui pro peccatoribus pendebar ne dum peccata  
 remisit: sed etiam ei mortem paradisi com-  
 donavit. Bestas homo qui in sua obstinatione per-  
 mansit: ad inferna descendit. In evangelio non  
 comedi legitur: quod cum christus sanctos patres  
 de limbo extraxit eos ad terrestrem paradysum  
 introduxit: ut usque ad diem ascensionis eius  
 ibidem manerent: et tunc secum ascendente ascen-  
 derent. Quibus paradysum introgressis: occurrit  
 vir portans humeris signum crucis. Et  
 interrogatus ab eis quis esset: respondit: quod la-  
 tro ille erat: qui cum christo crucifixus fuerat:  
 et in ipsum credens eius misericordiam postula-  
 verat. Cui dominus regnum celeste promiserat  
 signum quoque crucis sibi tradiderat: mandans

ut illud ad paradysum portaret: et angelo ipsius  
 loci custodi ostenderet: ac sibi ex parte christi  
 crucifixi mandaret: ut ipsum in eodem loco sus-  
 tromitteret. Quod postquam latro fecit angelus  
 ipsum in paradysum introduxit. Hec in euange-  
 lio nicodemii. Festum autem beati discipuli eodem die  
 discipuli passionis recolitur: scilicet. viij. kal. aprilis.  
**¶** De sancto hyreneo episcopo et mar. Cap. cccxli.

### Hyreneus episcopus

**H**myreni. passus est apud sirinis  
 um tempore martiniani impe-  
 ratoris: agente piobo pre-  
 sidente panonie. Qui primo tormen-  
 tis acerrimis veratus: deinde  
 diebus pluribus in carcere cruciatus. Nouiss-  
 me pro confessione nominis christi: usque ad  
 mortem gravissime cesus est. Corpusque eius in  
 flumine sancti precipitatum. Ado ramen dicit  
 nouissime absciso capite conumatus est. Qui  
 passus est octavo kalen. aprilis.

**¶** De sancta Dula virgine et mar. Cap. cccxli.

### Ala virgo et mar

**A**lyrici: nicomedie civitate passa  
 hec fuit ancilla cuiusdem mi-  
 litis paganorum. Quam cum  
 ille cognoscere vellet: ipse om-  
 nino recusaret: dicens christia-  
 na lege adulterium esse prohibitum cum ipsam  
 christianam audivisset: ab eodem domino suo  
 pro fide et castitate occisa est. viij. kalen. aprilis.  
 hec ado in martyologio.

**¶** De sancto Castulo martyre. Cap. cccxli.

### Castulus martyr

**C**astulus palatii imperatoris: sub  
 diocletiano rome passus est.  
 Qui in superiori ipsius palatii  
 et altissimo manens: cum esset  
 occulte christianus. Catum pa-  
 pam: marcellianum et marcum germanos ef-  
 fecit diacones: atque tranquillinum eorum pa-  
 trem factum presbyterum refouebat: et alios  
 christianos: quia de ipso suspitio nulla erat.  
 Tandem deprehensus quod christianus esset: et  
 christianos preteritu officii refoueret a perse-  
 cutoribus tentus: tertio appensus: tertio audi-  
 tus in confessione domini perseverans missus  
 est in foveam: et dimissa super eum massa ha-  
 renaria cum palma martyrii migravit ad chris-  
 tum. viij. kalen. aprilis.

**¶** De sancto Quirino martyre. Cap. cccxli.

### Quirinus martyr

**Q**uirinus passus est tempore claudij im-  
 peratoris: de quo legit in passio-  
 ne sancti dyonisi et marthe audifari  
 et abacii. xij. kalen. februarij: quod



cū predicti sancti venissent romam ad oratio-  
nē: martyres detētos: in carceribus visitabāt:  
venientes autē in castrū trans tyberim intra car-  
cerē inuenerūt hōiem venerabilē noīe Quiri-  
nū: qui iam multa verbera p̄ xpi noīe p̄pessus  
fuerat et facultate nudatus. Lum quo diebus  
ocro manserūt ministrantes ei de facultatibus  
suis ⁊ lanantes pedes eius qui in vinculis erāt  
p̄stricti. Inde abierūt ad martyres alios requi-  
rēdos: ⁊ post dies aliquot redeūtes: bñm q̄rīnū  
nō inuenerūt. Sed a q̄dā pastore p̄bytero aus-  
dierunt: qualiter quirinus gladio in carcere in-  
terfectus fuerat: et in tyberim factus. Cui⁹ cor-  
pus remanserat in insula lycœniē. Ad quod re-  
quirendum martius cum filijs et pastore p̄sby-  
tero perrexit noctu: et inuentum corpus sepe-  
lierunt in cimiterio pontiant in crypta. vij. ka-  
lendas aprilis.

De sanctis Montano p̄sbytero et  
Maxima martyribus. Cap. cccxxij.

**M**ontanus p̄sby-  
ter et maxima virgo in oppido  
furnio passi sunt. Qui dū chris-  
tum dominiū vna voce confite-  
rentur: ab infidelibus tenti et  
vinculis ferreis colligati: ambo  
mare meri sunt. vij. kalen. aprilis: vt Hiero. in  
martylogio testatur.

Explicit liber tertius.

Incipit prologus quar-  
ti libri.



**M**artus liber  
presentis catalogi con-  
tinet gesta ⁊ passiones  
illorum sanctorū quo-  
rum festiuitates occur-  
rūt infra tēpus in quo  
representat ecclesia so-  
lemnem sponse a spōso  
factam translationem:  
et ipsius dotationem siue adorationem: quod

tempus fuit a resurrectione domini vsq; ad diē  
penthecostes. Et ipsum tempus ecclesia dei  
p̄out ad litteras euenit representat. ¶ In quo  
quidē tempore pronuba christi figuratiue: pri-  
mo in diē resurrectionis domini ⁊ per octauas  
de domo tyranni diaboli qui pater eius factus  
fuerat: non creando: sed decipiendo per christū  
resurgentem educitur. Cui et per psalmistam  
dicitur. Obluiscere populum tuum et domum  
patris tui. ¶ Secundo ipsa eadem nuptia ab  
octaua pasche vsq; ad ascensionem mystice ves-  
titur et colitur atq; doribus adornatur. ¶ Nas  
in prima dominica post pascha glorificat in cor-  
pore et vestitur immortalitate. In cuius figu-  
ra ipsa dominica vocatur in albis: stolisq; cbdē-  
dis neophyti vestiuntur: quod denotat dotes  
corporis immortalis. Et in euangelio de glo-  
ria dominici corporis ad discipulos clausis sa-  
nctis itrogressi memoria fit: quod est figura no-  
stre future corporee glorificationis. ¶ In reli-  
quis quattuor subsequentibus dominicis glo-  
rificatur in anima: cuius dotes s̄m Augustinū  
sunt visio et dilectio. ¶ Ideo in secunda et ter-  
tia dominica representatur beatorum visio: in  
libro scilicet apocalypsis qui tunc legit: vbi nar-  
ratur de viginti quattuor senioribus et de ange-  
lis ac turba magna sanctorū stantibus ante thro-  
num diuināq; fruētibus visione. ¶ In quarta  
et quinta dominica representatur eorundem de-  
lectio in epistolis canonicis q̄ tunc leguntur: in  
q̄bus de dilatione p̄cipue pertractatur. ¶ Ter-  
tio ipsa eadem sponsa a diē ascensionis vsq; ad  
penthecosten subarata: ⁊ vt dictum est feliciter  
dorata in domum sponsi christi solēniter intro-  
ducitur: et hoc in personam christi carne glorio-  
si: et sanctorum patrum glorificationum cum il-  
lo ascendentium: vnde tunc cantatur. Ascens-  
dens christus in altum: captiuam duxit capti-  
uitatem: et ascendit deus in sublatione ⁊c. Ad  
huius ergo temporis festa discutenda proces-  
dendum est.

¶ Finit prologus  
quarti libri.

l. lxxij